

Comment. In Danielēm

nominatum. Vnde esse in terra id ē est quod

Psal. 84. esse inter homines: vt Psalmo 84. Prope ti
mentes eum salutare ipsius: vt inhabiter
gloria in terra nostra. Hoc ēst, p̄f̄sto erit
remedium Dei timentibus illud, in prom
tu erit eis auxilium iūs, qui numerus eius
sanctissimum verentur: vt habitet Christus
in terra nostra: hoc ēst inter homi
nes: sequē videndum mortalibus prebeat.

Ioan. 1. Id quod diuīs Iōānes his verbis tētatur:
Et verbum caro fātūm ēst, & habitauit
in nobis. Sed etiā terra his, & aliis locis
pro homine accipiat̄, hoc tamen apud
Danielēm pro terra sumitur elementari:

Gene. 1. ~~de~~ quia Genesis primo dicit̄ est: Voca
uit Deus aridam terram. Nam paulo pōst
inuitat̄ hōmīnes ad Dei laudes canendas,
cūm ait: Benedic̄te filii hominum domi
no. Itaque terra ad Dei p̄conūm inui
tatur: vt Psalmo 95. Cantate domino om
nis terra.

Benedic̄te maria. In plurali: quia iux
ta Hebraicā lingua proprietatem quāli
bet aquarum congregatio mare appellā

Gene. 1. tur, iuxta id quod capite Genesis primo
Moses scriptum reliquit: Congregationes
aquarem vocauit maria. Ex quo effectum
est, vñ lacus ille, quem diuīs Lucas capite
quinto vocat stagnum Genesaret, vocet
diuīs Matthæus capite quartō mare Gali

Luc. 5. Nu. 13. De lacu illo ait ita (scriptura) Numero
rum tertiodicimo: Chanānēs morab
tur iuxta mare. Mare Mediterraneum vo
catur magnum mare capite trigesimo
quarto Numerorum. Mare autem Oceani
num dicitur mare maximum: quod variis
nominib⁹ appellatur, prout dueras ter
ras ac oras attingit & alluit: Atlanticum,
Aethiopicum, Arabicum, Persicum, Indi
cum. Accipit̄ mare pro acerba clam
itate: vt Psalmo sexagesimo octavo: Veni in
altitudinem maris, & tempestas demersit
me. Vel vt veri etiam potest, & fluctus

Matt. 4. Psal. 68. Psal. 87: obruit me. Et Psalmo 87. Super me confr
matus est furor tuus, & omnes fluctus
tuos induxisti super me. Horribili ærum
narum procella iactatus diuīus vates vo
luit per mare & fluctus vim ac magnitudi
ne periculorum, in quibus versabatur,
significare. Sed ad Deum confugit, quem

esse iratum videt: & in rerum humanaū
desperatione non desperat, sed in eo figit
spem, quem etiā sibi censet inimicum, cre
dit tamen esse misericordem. Accipitur

etiam mare pro homine improbo turbu
lenti flagitiis concitato: iuxta illud Esaie
Esaie. 57. Impii autem quaī mare feruēs, quod
quiescere non potest. Cūm enim mare
moueat̄ à luna, quā mobilis & instabi
lis est, nunquam quiescens, consequens
est, vt ipsum nullam habeat firmitudinē,
nullam quietem. Eodem modo homo sce
leratus cūm mundum sequatur, qui sem
p̄ mouetur, & veluti impulsu agitat̄, ac
perpetua inconstans inuertitur, ipse vt
ex perspicua conficiunt̄ consecutione, nō
erit quietus, nec stabilis, nec firmus, sed
varius, inconstans, & in perpetua volubili
tate & perturbatione versatus. Nulla tran
quila mente consistet, nulla animi secu
ritate vitam traducet. Et quemadmodum Simile.

mare aquis fluminū nō redundat, quia
vt̄at Ecclesiastes capite primo: ad locum Eccl. 1.
vnde exuent̄ flumina, reuertunt̄ & quia
à sole & vento exhausti, & siccāti:
sic flagitiosus homo nuuquam diuitiis im
pletur, quia cum sint à mundō, ad ipsum
reduent̄: & quia eas consumit sol super
bitz, & ventus vanitatis. Ac vt aqua
postquam sunt in mari non solum non
sedant̄ sitim, verum etiam augent̄: ita
mūdi opes ab homine cupiditatis ac aua
ritia flumulis concitatae possessa tantum
abest, vt sui desiderium extinguant̄, vt
etiam augeant̄.

**Benedic̄te cete, & omnia que mouen
tur in aqua.** Cete sunt p̄f̄ces ingentis
magnitudinis: de quibus ait scriptura ca
pite primo Genesis: Creavitque Deus ce
te grandia: Locum illum explanans Basili
us: Hi p̄f̄ces, inquit, cūm ad summa
maris effterunt̄, insularum s̄penumero
senſionem conficiunt̄ praefant̄. Ma
gnip̄f̄ces dracones in Psalmo 148. dicun
tur, qui cum omnibus alīis Deum lauda
re iubent̄ur.

Benedic̄te omnes volucres coeli. Cōsue
tudo est scripturæ, vt inquit Damascenus
libro secundo, per celum aerem signifi
care. Vnde volucres coeli idem est quod
aeris